Mathias Lubienski Dei et Aplicæ Sedis gra Archiepus Gnesneñ
Legatus Natus Regni Poloniæ Primas Primusq Princeps

Significamus præsentibus lris Nris quorum interest vniuersis. Quod cum Honestus Andreas Flakowic molendinum in villa Samice nuncupata in Claue Squierniewicen consisten post mortē Honesti olim Blazy Skorek ad Nos dispositionemq Nrām deuolut apud Nobilem Joannem Gieraltowski Hirurgum Nrūm cui hoc idem molendinum intuitu Seruitiorū a multis annis fideliter et diligenter præstitorū assignaueramus de Consensu Nro certa pecuniæ Summa redemisset, atq aliam Summā marcarum Octoginta Polonicalium ex vi Priuilegij Successoribus præfati olim Blazy Skorek Seruien mediante decreto Nro reposuisset persoluissetq: Supplicari Nobis fecit quatenus ipsi super eodem Molendino ius aduitalitium vna cum Honesta Kozianka vxore ipsius dare et Concedere dignaretur. Nos commendatam habentes in arte molari industriam dicti Honesti Andreæ Flakowic Molendinatoris eidem vna cum præfata vxore insolidum hoc idem ius Aduitalitium dandum et conceden esse duximus, vti quidem cum oībus ipsius agris, pratis, hortis, et vtilitatibus vniuersis ad ipsum ex antiquo et ad præsens spectan damus et concedimus per præsentes, sub ratihabitione tn Illrum et Admod Rndorū Dnorum Prælatorum et Canonicorum totiusq Venblis Capli Eccliæ Nræ Metropolitanæ Gnesneñ. Ratione cuius aduitalitatis ijdem Coniuges et in euentu mortis alter ipsorum ædificia molendini Sarta, tectaq conseruare, duas Mensuras oīs grani et Seminis pro Nobis et Successoribus Nris dare tenebuntur tertiam vero pro se tollent. Quoties vero agger vel Molendinum ipsum reparōne aliqua indiguerit, Nos eisdem robora Subministrabimus illi vero operam et laborem præstabunt: pro instrumentis vero et alijs rebus comparandis vtpote lapidibus, ferro, Seuo, Nos duos grossos, illi vero tertium dare polliceantur. Tenebuntur quoq ijdem coniuges, quolibet anno duos porcos Saginari, et onera more aliorum Molendinatorum in Claue Squiernicen existen præstare. Promittentes pro Nobis et Illmis Successoribus Nris quod eosdem coniuges quamdiu vixerint ab vsu et possessione dicti Molendini non amouebimus, Successoresq Nri non amouebunt. Post mortem vero ipsorū idem Molendinum cum suis attinentijs non prius ad Nrām dispōnem redibit, quam Summa Octoginta Marcarum numeri et monetæ Polonicalis iuxta decretū Nrūm dempta tamen ipsius quarta parte Successoribus illorū lrimis persoluta fuerit. In quorū fidem easdem manu propria Subscripsimus et sigillo consignari mandauimus. Datū in arce Nra Vnietowien die Decima Nona Mensis Augusti Ano Dni Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo

Matthias Lubienski
Archiepus Gnesneñ
Mppa

Stanislaus Slawienski
Cancellrius Gnesneñ Mppa

Privilegiu' Flahomcz

Lectum